

ITEM EPISTOLA SANCTI CLEMENTIS PAPAE DE COMMUNI VITA ET RELIQUIS  
CAUSIS<sup>1</sup> SUIS DISCIPULIS SCRIPTA HIEROSOLIMISQUE DIRECTA.

[H. 82] Dilectissimis fratribus et condiscipulis Hierosolimis cum carissimo fratre Iacobo coepiscopo<sup>2</sup>  
habitantibus Clemens episcopus.

- 5 Communis vita, fratres, omnibus est necessaria et maxime his<sup>3</sup>, qui deo irrepraehensibiliter militari<sup>4</sup>  
<sup>5</sup> cupiunt et vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. Communis enim usus<sup>6</sup>  
omnium, quae sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem<sup>7</sup> alius hoc  
suum dicit<sup>8</sup> esse, et alius illud<sup>9</sup>, et sic inter mortales facta divisio est. Denique<sup>10</sup> Graecorum  
quidam sapientissimus haec ita<sup>11</sup> sciens esse ait<sup>12</sup> communia<sup>13</sup> debere esse amicorum omnia<sup>14</sup>. In<sup>15</sup>  
10 omnibus autem sunt sine dubio et coniuges. Et sicut non potest, inquit, dividi aer neque splendor  
solis, ita nec reliqua, quae communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum dividi  
debere, sed habenda esse communia. Unde et dominus per prophetam loquitur dicens: Ecce quam  
bonum et quam iocundum<sup>16</sup>, habitare fratres in unum, et reliqua. Istius enim consuetudinis more  
retenta<sup>17</sup> <sup>18</sup> etiam apostoli eorumque discipuli, ut praedictum est, una nobiscum et<sup>19</sup> vobiscum  
15 communem vitam duxere, unde<sup>20</sup> bene nostis, erat multitudinis eorum cor unum et anima una,

### Quellen:

5-12: *Communis - communia*, Clem. recogn. X. 5.

12f.: *Ecce - unum*, Ps. CXXXII. 1.

15-17: *erat - erat*, Act. ap IV 32. 34. 35.

### Rezeption:

3-27: *Dilectissimis – sunt*: Gratian C. XII, q. 1, c. 2 (s. auch 47-49)

5-24: *Communis – sunt*: Coll. Ans. ded. VI,1.

<sup>1</sup> CAUSIS fehlt V630

<sup>2</sup> episcopo VD38

<sup>3</sup> nobis I83

<sup>4</sup> am Rande servare VD38

<sup>5</sup> militare V630; VD38

<sup>6</sup> am Rande consuetudo VD38

<sup>7</sup> iniquitatem korr. aus niquitatem O93

<sup>8</sup> dixit V630

<sup>9</sup> istud V630

<sup>10</sup> Dinique I83

<sup>11</sup> ita sciens esse] sciens esse ita V630

<sup>12</sup> ait fehlt V630

<sup>13</sup> am Rande Quod inter amicos omnia debere esse communia VD38

<sup>14</sup> omnia korr. aus omnia. In omnibus autem sunt sine dubio et coniuges VD38

<sup>15</sup> In omnibus autem sunt sine dubio et coniuges fehlt I83; radiert VD38

<sup>16</sup> am Rande letum VD38

<sup>17</sup> am Rande servato VD38

<sup>18</sup> retento korr. aus retenta V630

<sup>19</sup> et vobiscum fehlt VD38

<sup>20</sup> unde] unde ut korr. aus unde V630

nec<sup>21</sup> quisquam eorum aut nostrum de his, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis et nobis erant communia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes vero, qui domus<sup>22</sup> vel agros possidebant, vendebant<sup>23</sup> eos, et pretia eorum<sup>24</sup> et reliquas res, quas habebant, afferebant ponentes ante pedes apostolorum, sicut nobiscum quidam vestrum cognoverunt et viderunt, et  
20 dividebantur singulis<sup>25</sup>, prout cuique opus erat.

Ananias autem vir austerus<sup>26</sup>, et Saphira uxor eius, qui mentiti sunt apostolis de pretio agrorum suorum, quos vendiderant<sup>27</sup>, nobis praesentibus in conspectu omnium circumstantium<sup>28</sup> a conspectu apostolorum propter peccatum eorum et mendacium, quod fecerunt, mortui delati<sup>29</sup> sunt ambo. Cetera, quae<sup>30</sup> de talibus cognovimus et vidimus, nec recordatione nec demonstratione digna sunt.  
25 [H. 83] Quapropter haec<sup>31</sup> vobis cavenda<sup>32</sup> mandamus, et doctrinis et exemplis apostolorum oboedire praecipimus, quia<sup>33</sup> hi<sup>34</sup>, qui eorum<sup>35</sup> mandata postponunt<sup>36</sup>, non solum<sup>37</sup> rei, sed et<sup>38</sup> extorres<sup>39</sup> fiunt, quae non solum vobis cavenda, sed omnibus praedicanda sunt.

Relatum<sup>40</sup> est etiam nobis, quod quidam vestris in partibus commorantes adversantur sanis doctrinis, et prout eis videtur, non secundum traditionem patris, sed<sup>41</sup> iuxta suum sensum docere

---

### Quellen:

21-23: *Ananias - ambo*, Act ap. V. 1.

### Rezeption:

25-31: *Quapropter – capiunt*: Coll. Ans. ded. X,138; Regino app. III,40

28-42: *Relatum – declinet*: Gratian D. XXXVII, c. 14

---

<sup>21</sup> Ne I83

<sup>22</sup> domos I83; VD38

<sup>23</sup> vendebant *korr. aus* vendebat V630

<sup>24</sup> eorum et *korr. aus* eorum O93

<sup>25</sup> singulis *korr. aus* singuli I83

<sup>26</sup> *am Rande* durus crudelis VD38

<sup>27</sup> vendiderat *korr. aus* vendider O93

<sup>28</sup> circumstantium *korr. aus* corcumstantium O93

<sup>29</sup> *am Rande* deportati VD38

<sup>30</sup> qua I83

<sup>31</sup> haec *korr. aus* hae V630

<sup>32</sup> cavenda mandamus, et doctrinis et exemplis apostolorum oboedire praecipimus, quia hi, qui eorum mandata postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt, quae non solum vobis cavenda] *korr. aus* cavenda V630

<sup>33</sup> quorum I83

<sup>34</sup> hi *fehlt* VD38

<sup>35</sup> eorum mandata] mandata eorum V630

<sup>36</sup> praeponunt I83; VD38

<sup>37</sup> solum *korr. aus* solo O93

<sup>38</sup> et *fehlt* V630; N442; I83; VD38

<sup>39</sup> *am Rande* alieni VD38

<sup>40</sup> Relatum est *korr. aus* Relatum O93

<sup>41</sup> sedi I83

30 videntur. Multas enim quidam, ut audivimus, vestrarum partium ingenium<sup>42</sup> hominum ex his, quae legunt, verisimilitudines capiunt. [H. 84] Et ideo diligenter observandum est, ut lex dei, cum legitur, non secundum propriam<sup>43</sup> ingenii intellegentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis<sup>44</sup> divinis, quae possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte praesumpsit<sup>45</sup>, sed fieri non oportet. Non enim sensum<sup>46</sup>, quem extrinsecus<sup>47</sup> adulteris<sup>48</sup> alienum et extraneum  
 35 debetis quaerere, aut quomodo ipsum<sup>49</sup> scripturarum auctoritate confirmetis, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intellegentiam discere scripturarum, qui eam a maioribus secundum<sup>50</sup> veritatem sibi traditam servat, ut et ipse possit ea, quae<sup>51</sup> recte suscepit, competenter<sup>52</sup> asserere. Cum enim ex divinis scripturis integram quis et firmam regulam veritatis susceperit, absurdum<sup>53</sup> non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi<sup>54</sup> ac liberalibus studiis, quae forte in pueritia attigit<sup>55</sup> <sup>56</sup>, ad assertionem<sup>57</sup> veri dogmatis<sup>58</sup> conferat, ita tamen<sup>59</sup>, ut, ubi  
 40 vera didicit, falsa et simulata<sup>60</sup> declinet.

Incertum est enim etiam<sup>61</sup> iuvenibus vitae tempus, senibus autem iam nec incertum est. Non enim<sup>62</sup> dubitatur<sup>63</sup>, quod quantumcumque est, quod putatur superesse, breve sit. [H. 85] Et ideo tam

---

### Quellen:

30-47: *Multas - mentem*, Clem. recogn. X 42. 43.

43 47: *Et - mentem*, cf. supr. c. XL%III.

### Rezeption:

31-43: *Et - sit*: Coll. Ans. ded. X,139.

31-41: diligenter – declinet: Polycarpus IV,2,1.

43-50: *Et - vobis*: Coll. Ans. ded. VI,2.

---

<sup>42</sup> ingenium *fehlt* VD38

<sup>43</sup> propriam ingenii *korr. aus* propriam V630

<sup>44</sup> scripturis *korr. aus* scriptu I83

<sup>45</sup> promisit V630

<sup>46</sup> sensum quem *korr. aus* sensum O93

<sup>47</sup> extrinsecus *korr. zu* extrinsecus ab V630

<sup>48</sup> adulteratis VD38

<sup>49</sup> ipsum] ipsum ex V630

<sup>50</sup> secundum] secundum scripturarum qui eam a maioribus secundum O93

<sup>51</sup> quam VD38

<sup>52</sup> *am Rande* diligenter VD38

<sup>53</sup> *am Rande* dissonum contrarium VD38

<sup>54</sup> communi ac liberalibus] ac liberalibus commune V630

<sup>55</sup> *am Rande* percepit didicit VD38

<sup>56</sup> attigit *korr. aus* attingit V630

<sup>57</sup> *am Rande* adfirmationem approbationem VD38

<sup>58</sup> *am Rande* doctrinae VD38

<sup>59</sup> tamen ut *korr. aus* tamen O93

<sup>60</sup> *interlinear* facta VD38

<sup>61</sup> etiam iuvenibus vitae tempus, senibus autem iam nec incertum est. Non *fehlt* VD38

<sup>62</sup> enim *fehlt* I83

<sup>63</sup> dubitatus I83

iuvenes quam senes oportet de conversione et poenitentia valde esse sollicitos et satis<sup>64</sup> agere<sup>65</sup>,  
 45 ut de<sup>66</sup> reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est dogmatibus<sup>67</sup> veritatis, decore  
 pudicitiae, splendore iustitiae, candore pietatis aliisque<sup>68</sup> omnibus, quibus comptam<sup>69</sup> decet esse  
 rationabilem mentem. Unde consilium dantes vestram prudentiam hortamur, ut<sup>70</sup> ab apostolicis  
 regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes et scripturas sacras recte intellegentes, quae  
 domino vovistis, adimplere satagatis et oratione assidua, cum dei gratiam<sup>71</sup> merueritis, tunc sine  
 50 suspitione mali interitus vota possint celebrari festiva. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis.  
 Amen.

---

### Quellen:

47-50: *Unde - festiva*, Turon. prov. episc. ep. ad pleb. (Mansi 9, 808).  
 50: *Deus autem pacis* etc., II Cor. XIII. 11.

### Rezeption:

47-49: *Unde – satagitis*: Gratian C. XII, q. 1, c. 2 (s. auch 3-27)

---

<sup>64</sup> *am Rande* multum VD38

<sup>65</sup> *am Rande* operari VD38

<sup>66</sup> *am Rande* deinceps VD38

<sup>67</sup> *interlinear* doctrinis VD38

<sup>68</sup> *aliisque korr. aus* aliosque O93

<sup>69</sup> *am Rande* ornatam VD38

<sup>70</sup> *ut ab korr. aus* ut V630

<sup>71</sup> *gratiam] gratiam* merueritis V630